FRECHULFUS LEXOVIENSIS. HRABANUS MAURUS
Mitte 12. Jh. Seite 79r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36534
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



solitudine bersabee. Cumq; consumpta esset aqua in utre. abiecit pu
erum subt unam arborum. que ibi erant. & abiit. seditq; eregione p
cul. quantum potest arcus iacere. Dixit enim. Non uidebo morientem
puerum, & sedens contra. leuauit uocem suam. & fleuit. Exaudiuit
autem deus uocem pueri. & rlq. Hier. In ebreo & enim p hoc
quod scriptum est. non uidebo mortem pueri mei. ita legitur. quod
ipsa agar sederit contra puerum. & leuauerit uocem suam & fle
uerit. & exaudierit deus uocem paruuli. Flente enim matre. &
mortem filii miserabiliter prestolante. ds exaudiuit puerum. de
quo pollicitus fuerat abrahe dicens. sed & filium ancille tue. in
gentem magnam faciam. Alioquin & ipsa mater non suam mortem
s. filii deplorat. Pepercit igitur ds ei. p quo fuerat. & fletus. Aug.
Solet queri. quomodo cum puer esset annorum amplius quinde
cim. piecerit eum sub arbore. & ierit longe. quantum arcus mittit.
ne uideret eum morientem. Quasi enim quem portabat piecerit. ita
uidetur sonare qd dicitur. s. intelligendum proiectum esse. non aportante.
s. ut sit ab animo tamquam moriturum. Neq; enim qd scriptum est. piectus
sum a facie oculorum tuorum portabatur qui hoc dixit. & est in cottidiano
loquendi usu. cum piecitur aliquis ab aliquo cum quo erat. ne ab illo
uideatur. aut cum illo maneat. Intelligendum est autem qd scriptura tacuit.
ita discessisse matrem a filio ut puer ignoraret. quo mater abierit.
& eam in siluestribus stirpibus latuisse. ne filium siti deficientem uideret.
Ille autem & iam illa etate. qd mirum. si matre diutius non uisa. & tamquam perdita.
eo loco. ubi solus remanserat fleuit. Qd ergo postea dicitur. accipe pu
erum. non ut eum de terra. uelut iacentem tolleret. dictum est. s. ut ei coniunge
ret. & eum manu teneret deinceps comitem. sicut erat. qd plerumq; faci
unt simul ambulantes. cuius libe etatis. Isid. Igitur querendum est. cur
antea sara uoluit maritum. de ancilla suscipere filium. aut cur nunc
cum matre iubet expelli domo. Qd non zelo fecit accensa. s. p misterio
prophetie compulsa. Agar quippe secdm qd ait apls. in seruitutem ge
nuit carnalem populum. sara uero libera. genuit pplm qui secdm carnem